

veluti in figura & non reffert quod hic posuerim libras 7. & 6. in prima ratione, 140. & 120. solidos. Idem enim est potuiffes &

Aur.	7	6	144
	X		
Mozen.	24	20	140
	108		$\frac{4}{1600}$
	168.	4.	100. — $2\frac{8}{21}$

ibi operari per libras vt hic, & hic per solidos nihil enim reffert quantū præcisè idem redit, duc igitur in crucē vt vides 7. in 20. & fit 140. & 6. in 24. fit 144. subtrahe vnū ab alio remanent 4 post duc 7. in 24. fit 168. diuide 68. per 4. exit 42. igitur lucratur $\frac{1}{42}$ si vis scire quantū pro 100. dic si 168. lucratur 4. quid lucrabitur 100. & inuenies quod lucrabitur $2\frac{8}{21}$, & nos posueramus quod lucrabatur $2\frac{6}{7}$. per conuersum in secundo exemplo situant econuerso, vt vides & ducunt vt prius & fit vt lucretur $3\frac{1}{3}$ pro 100. nos autem exposuimus quod lucratur $2\frac{6}{7}$, pro 100. igitur causa est quod ipsi faciunt lucrari in primo Exemplo libras $2\frac{8}{21}$ Mediolanenses ex capitali 100. Venetarum

Aur.	6	7	140
	X		
Mozen.	20	34	144
	120		$\frac{4}{120}$
	120.	4.	100. $3\frac{1}{3}$

& in secundo Exemplo faciunt lucrari libras $3\frac{1}{3}$ Venetas, pro quibuslibet 100. Mediolanensibus, hoc autem non est lucrum pro 100. cum lucrum sit alterius rationis capitali, nam libra Mediolanensis vt dictum est maior est sexta parte librā Venetā, quod autem ita sit declaro in secundo Exemplo, & est probatio operationis, si velis soluere libras 300. Mediolanenses cum aureis 50. persolues, item cum Mozenighis 300. si igitur soluas cum Mozenighis supersunt aurei 50. qui valent Venetiis libras 350. si autem solueris cum aureis supersunt-mocenighi 300. qui valent libras 360. igitur lucraris modo libras 10. Venetas ex 300. Mediolanensibus, vel 350. Venetis modo librā 10. Venetā non sunt de 350. Venetis, vel de 300. Mediolanensibus, nisi $2\frac{6}{7}$ pro 100. & non $3\frac{1}{3}$, igitur patet erroris manifestatio, hæc ratio tamen inseruit volenti scire quantum lucratur pro 100. de alia moneta respectu suæ, vt potè cum dicimus quod si aureus hic valeret 84. solidos, & in prouincia grossos 36. & florenus Rhenensis hic solidos $62\frac{1}{2}$, & in prouincia grossos 26. tunc vt vides in figura, dicemus, lucrum fore pro omnibus 100. solidis Mediolanensibus grossum $1\frac{2}{35}$ prouincialem non est tamen hoc scire lucrum proprie pro 100. & ita dicas, in reliquis, si autem volueris scire quantum lucratur aureus vel florenus aut Mozenighus in primo Exemplo aut in secundo adde fortem ad 100. &

Quintum Exemplum.

Aur.	84.	36	2250
	X		
Flor.	$62\frac{1}{2}$	26	2184
	5250		66
	5250		5250
	5250.	66	100. $1\frac{2}{5}$

duc ipsam in valorem retinendorum pecuniæ retentæ & diuide per 100. addita forte, quod exit est lucrum pecuniæ retentæ, veluti in primo Exemplo duc 120. in $2\frac{6}{7}$ fit $\frac{2400}{7}$: diuide per $102\frac{6}{7}$, exit $3\frac{1}{3}$, & tot solidos Mediolanenses lucratur aureus similiter in secundo duc 24 in $2\frac{6}{7}$ fit $\frac{480}{7}$ diuide per $102\frac{6}{7}$ exit $\frac{2}{3}$. & ita Mozenighus lucratur $\frac{2}{3}$ solidi Veneti, in tertio autem & quarto modo, duc lucrum per valorem soluendorum pecuniæ retentæ, & diuide per 100. quod exit est lucrum pecuniæ retentæ veluti in tertio exemplo du cō 140. in $2\frac{8}{21}$, fiunt $\frac{7000}{21}$. diuide per 100. exeunt $\frac{70}{21}$. quod est $3\frac{1}{3}$ & tantum lucratur aureus de solidis Mediolanensibus, ita in quarto duc $3\frac{1}{3}$ per 20. fiunt $66\frac{2}{3}$, diuide per 100. exeunt $\frac{2}{3}$ & ita mocenighus lucratur $\frac{2}{3}$, solidi Veneti.

Et quantum dictum est quod aliquis accepit scutos 53. à Campfore Mediolani, in tempore quo scutum valebat solidos, 102. dedit autem campfor sub hoc pretio recepturus totidem scutos Lugduni sub valore solidorum 101. tempore autem solutionis rescripsit amicus campforis quantum non potuit habere scutos 53. ab amico principalis, & quod si quis velit aures 53. Lugduni persolaturus Mediolani quod volunt scutos 61. cogitur autem principalis soluere scutos 61. Mediolani, eo autem tempore scutum valebat solidos 114. quæritur in ratione librarum quantum soluit pro 100. fac hoc modo duc scutos 53. in solidos 101. fiunt 5353. reduc in libras fiunt 267. libræ 13. solidi, & quia vult scutos 61. & sunt valoris 114. solidorum duc 61. in 114. fiunt 6954. solidi, dic igitur si 5353. fit 6954. quid fiet 100. duc 100. in 6954. fit 695400. diuide per 5353. exit $129\frac{4863}{5353}$. lucratur igitur $29\frac{4863}{5353}$ pro centum, & quia non habuit pecunias iterum per litteras cambij contus est debitum protrahere, & sic quater in anno replicauit, & dicitur communiter cambium de cambio, quæritur quantum in anno persoluet pro centum, & ponamus quod fractio illa sit vt est fere $\frac{8}{9}$ dic igitur si 100. producit 29. $\frac{8}{9}$ quid producet $129\frac{8}{9}$ & producet $38\frac{41}{50}$, fere adde igitur ad $29\frac{8}{9}$, fiunt $68\frac{32}{45}$, fere & hoc est lucrum 6. mensium, dic igitur pro aliis sex mensibus si 100. dat $68\frac{32}{45}$, quid dabit $68\frac{32}{45}$ duc in se fit $4721\frac{439}{2025}$ diuide pro 100. exit $47\frac{1}{5}$ fere, cui adice $68\frac{32}{45}$ quos lucratur pro 100. in mensibus 6. fit lucrum vltimorum 6. mensium $115\frac{41}{45}$, quibus adice $68\frac{32}{45}$ primorum 6. mensium, fiunt $184\frac{28}{45}$, & tantum lucratur pro 100. in anno, si vis scire quantum soluet ex aureis 53. receptis, in ratione librarum, dic si 100. lucratur $184\frac{28}{45}$, quid lucrabitur 5353. & lucrabitur solidos $9883\frac{41}{50}$, quare soluet cum capitali solidos $15235\frac{41}{50}$, igitur receptis